

OFFICIA PROPRIA

Archidiœcesis Bambergensis
cum Calendario

Pars altera

VERLAG HERDER FREIBURG

Approbata et confirmata a Sacra Rituum Congregatione
Prot. N. B. 18/966 d. d. 4. martii 1967 und Prot. N. 18/967 d. d. 9. iunii 1967

In lingua vernacula approbata et confirmata a Consilio ad exsequendam
Constitutionem de sacra Liturgia Prot. N. A 481/67 d. d. 25. augusti 1967

Imprimatur
Bambergæ, die 2. octobris 1967
Dr. Straub, Vicarius Generalis

Herder Druck Freiburg im Breisgau 1968

CALENDARIUM

pro Officiis propriis ecclesiæ et archidiœcesis Bambergensis a Sacra Rituum congregatione approbatum die 4 martio 1967, Prot. B 18/966.

Nomen festi	dies	classis	pagina
S Bonifatii EM	5 iunii	II cl	5
S Bennonis EC	16 iunii	III cl	12
S Udalrici EC	4 iulii	III cl	14
S Willibaldi EC	7 iulii	com	16
Ss Kiliani et Soc Mm	8 iulii	III cl	16
S Henrici C	13 iulii	I cl	19
S Gumberti Abb	15 iulii	com	26
S Sebaldi C	19 aug	III cl	26
Translationis S Cunigundis Vid	9 sept	com	29
S Hildegardis V	17 sept	III cl	30
S Ottonis EC	30 sept	II cl	33
S Hieronymi Presb et eccl doct	1 oct	III cl	40
S Burchardi EC	14 oct	com	40
S Wolfgangi EC	31 oct	III cl	41
S Leopoldi C	15 nov	com	43

Die 5 iunii

S. BONIFATII

Episcopi et Martyris
II classis

Omnia de Communi unius Martyris præter ea quæ hic habentur propria. Alles wie am Feste eines Martyrers mit Ausnahme des Folgenden.

AD MATUTINUM

MATUTIN

In I Nocturno lectiones A Miléto, de Communi unius Martyris 1 loco.

In der 1. Nachtstunde die Lesungen Von Milet aus dem Commune eines Martyrers an 1. Stelle.

IN II NOCTURNO

2. NACHTSTUNDE

LECTIO IV

Bonifátius, ántea Winfríduſ appellátus, apud Anglos natus est exeúnte ſæculo ſéptimo, et ab ipſa infántia mundum averſátus, vitam monáſticam in votis hábuit. Cum eius pater ánimum ſæculi illécebris permutáre fruſtra tentáſſet, monáſtéríum ingréditur, et ſub beáti Wolphárdi diſciplína ómnium virtútum ac ſcientiárum génere imbúitur. Annumagens trigéſimum ſacerdótio inſígnitur, ac verbi divíni prædicátor aſſiduus, magno ánimarum lucro hoc in múnere verſátur. Attamen, regnum Chriſti adaugére deſiderans, contínuo flebat ingéntem multitudínem barbarórum, qui ignorántiæ ténebris immérſi dámoni famulabántur. Qui quidem animárum zelus cum in dies inextinguibili ardóre accréſceret, divíno núnime per lácrimas et oratiónes exploráto, facultá-

4. LESUNG

Bonifatius, vorher Winfrid genannt, wurde gegen Ende des 7. Jahrhunderts in England geboren. Schon in früher Jugend faßte er aus Überdruß vor der Welt den Entschluß, ins Kloster zu gehen. Sein Vater versuchte vergeblich, durch weltliche Freuden ihn umzustimmen. So trat er denn ins Kloster ein und suchte unter der Leitung des heiligen Wolphard jegliche Tugend und Wissenschaft zu erlangen. Mit 30 Jahren empfing er die Priesterweihe. Nun verkündete er unermülich das Wort Gottes; zum größten Gewinn für die Seelen versah er dieses Amt. Gleichwohl war er unzufrieden und konnte nur unter Tränen an die vielen heidnischen Völker denken, die in Finsternis und Unwissenheit dahinlebten und dem Teufel dienten. Seine Sehnsucht war, mitzuarbeiten an der Ausbreitung des Reiches Christi. Sein Eifer für die Seelen wuchs von

Tag zu Tag und steigerte sich zu ganz unwiderstehlichem Verlangen. Unter Tränen und Gebeten suchte er den Willen Gottes zu erkennen und erlangte schließlich vom Vorsteher seines Klosters die Erlaubnis, nach Deutschland zu gehen.

℞ Der Herr brachte ihn zu Ehren, schützte ihn vor seinen Feinden und stellte ihn sicher vor seinen Verfolgern * und verlieh ihm ewige Herrlichkeit. ℥ Er stieg mit ihm in den Kerker und verließ ihn nicht in den Fesseln. - Und verlieh.

tem a monastérii præposito obtinuit ad Germánicas oras proficiscéndi.

℞ Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem ætéram. ℥ Descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit eum. - Et.

5. LESUNG

Mit zwei Begleitern fuhr er von England ab und kam nach Dorestede in Friesland. Da aber damals ein heftiger Krieg zwischen dem Friesenkönig Radbod und Karl Martell ausgebrochen war, blieb seine Predigt ohne Erfolg. Deshalb kehrte er nach England zurück; er ging wieder in sein Kloster und wurde dort gegen seinen Willen sogar zum Obern gewählt. Nach zwei Jahren legte er mit Zustimmung des Bischofs von Vinton sein Amt wieder nieder und ging nach Rom, um vom Apostolischen Stuhl sich die Vollmacht zu erwirken, den Heiden predigen zu dürfen. In Rom wurde er von Gregor II. freundlich aufgenommen; der Papst gab ihm auch statt Winfrid den Namen Bonifatius. Er wies ihn nach Deutschland. Bonifatius verkündete also zuerst in Thüringen und Sachsen den christlichen Glauben. Inzwischen war auch der Friesenkönig Radbod, der grimmige Feind des Christentums, gestorben; darum kehrte Bonifatius

LECTIO V

Ex Anglia duóbus cum sóciis Enavem solvens, Dorestádium in Frísiaë óppidum venit. Cum autem bellum gravíssimum inter Frísonum regem Radbódum et Cárolum Martéllum exarsisset, sine fructu Evangélium prædicávit. Quaprópter in Angliam revérsus, ad suum redívit monastérium, cui invítus præficitur. Post elápsum biénnum, ex consensu epíscopi Vintoniénsis, munus abdicávit, et Romam proféctus est, ut apostólica auctoritáte ad gentílium conversiónem delegarétur. Cum ad Urbem pervenisset, a Gregório secúndo benigne excípitur, pro Winfrído Bonifátius a Pontífice nomináitur. In Germániam directus, Thuringiæ Saxoníæque pópulis Christum annuntiávit. Cum intérea Radbódus, Frísiaë rex ac infestíssimus cristiáni nóminis hostis, occubisset, Bonifátius ad Frísones rédiit, ubi sancti Willibrórdi sócius per triénnum tanto cum fructu

Evangélium prædicávit, ut, destrúctis idolórum simulácris, innúmeræ vero Deo ecclésiæ excitaréntur.

R̄ Desidérium ánimæ eius tri-
buísti ei, Dómine, * Et volun-
tátelabiórumeius non fraudásti
eum. ¶ Quóniam prævenísti
eum in benedictiónibus dulcé-
dinis: posuísti in cápite eius
corónam de lápide pretiósio. -
Et.

LECTIO VI

Asancto Willibrórdo ad epi-
scopále munus expetítus,
illud detrectávit, ut prómptius
infidélium salúti instáret. In
Germániam proféctus, plura
Hassórum mília a dáemonis
superstitione avocávit. A Gre-
gório Pontífice Romam evocá-
tus, post insígnem fidei profes-
sionem episcopus consecrátur.
Exínde ad Germános redux,
Hássiam et Thuríngiam ab ido-
latriæ reliquiis pénitus ex-
purgávit. Tanta propter mérita
Bonifátius a Gregório tértio
ad dignitátem archiepiscopá-
lem evéhitur, et tértio Romam
proféctus a Summo Pontífice
Sedis Apostólicæ legátus con-
stitúitur. Quainsígnítus aucto-
ritáte quátuor episcopátus in-
stítuit, et várias sýnodos cele-
brávit, inter quas concílium
Leptinése memorábile est,
apud Belgas in Cameracénsi
diócesi celebrátum, quo qui-
dem témpore ad fidem in Bél-
gio adaugéndam egrégie cón-
tulit. A Zacharia Papa creatus

nach Friesland zurück und ver-
kündigte hier an der Seite des
heiligen Willibrord drei Jahre lang
das Evangelium mit solchem Er-
folg, daß er die Götzenbilder zer-
störte und zahllose Gotteshäuser
errichten konnte.

R̄ Des Herzens Wunsch hast du
ihm gewährt, * und was seine Lip-
pen erbat, ihm nicht verwei-
gert, Herr. ¶ Mit Segnung und
Heil bist du ihm entgegengekome-
nen, hast ihm das Haupt gekrönt
mit der Krone aus kostbarem
Stein. - Und was.

6. LESUNG

Der heilige Willibrord wollte
ihn zum Bischof weihen, doch
erlehnte ab, um sich ungehinderter
der Bekehrung der Ungläubigen
widmen zu können. Er ging wie-
der nach Deutschland und bewog
mehrere tausend Hessen, von ih-
rer Abgötterei abzulassen. Von
Papst Gregor wurde er nach Rom
gerufen. Er legte ein feierliches
Glaubensbekenntnis in die Hand
des Papstes ab und wurde von ihm
zum Bischof geweiht. Dann
kehrte er nach Deutschland zu-
rück und reinigte Hessen und
Thüringen vollständig von den
Überresten des Götzendienstes.
Wegen dieser hohen Verdienste
wurde er von Gregor III. zum Er-
zbischof erhoben und bei seiner
dritten Romreise vom Papst zum
Legaten des Apostolischen Stuh-
les bestellt. Kraft dieser Voll-
macht errichtete er vier Bistümer
und hielt verschiedene Kirchen-
versammlungen ab; unter diesen
ist die von Estinnes besonders be-
merkenswert; sie fand in Belgien
im Bistum Cambrai statt; damals

tat Bonifatius auch sehr viel, um den Glauben in Belgien zu fördern. Vom Papst Zacharias wurde er zum Erzbischof von Mainz ernannt; auf Geheiß dieses Papstes salbte er auch Pippin zum Frankenkönig. Nach dem Tode des heiligen Willibrord übernahm er die Leitung der Kirche von Utrecht, zunächst durch seinen Vertreter Eoban, dann persönlich; er gab nämlich das Bistum Mainz wieder ab und nahm in Utrecht seinen Sitz. Da die Friesen wieder ins Heidentum zurückgefallen waren, zog er noch einmal dorthin, um ihnen das heilige Evangelium zu verkünden. Mitten in dieser Tätigkeit wurde er mit Bischof Eoban und vielen anderen an der Borna von verbitterten Heiden grausam ermordet und so mit der Palme des Martyriums geziert. Der Leib des heiligen Bonifatius wurde nach Mainz gebracht und, wie er selbst bei Lebzeiten gewünscht hatte, im Kloster Fulda, das er errichtet hatte, beigesetzt; dort wurde er durch viele Wunder verherrlicht. Papst Pius IX. dehnte das Stundengebet und die Messe zu seiner Ehre auf die ganze Kirche aus.

R Ein Gewand der Anmut tat der Herr ihm an, * eine prächtige Krone setzte er ihm aufs Haupt. **V** Er speiste ihn mit dem Brot des Lebens und der Einsicht und tränkte ihn mit dem Wasser heilsamer Weisheit. - Eine prächtige. - Ehre sei dem Vater. - Eine prächtige.

3. NACHTSTUNDE

Lesung aus dem heiligen Evangelium nach Matthäus.

Moguntinus archiepiscopus, ipso Pontífice iubente, Pippinum in regem Francorum unxit. Post mortem sancti Willibrordi Ultraiectensem ecclesiam gubernandam suscepit, primo per Eobanum, deinde per seipsum, dum ab ecclesia Moguntina absolutus Ultraiecti resedit. Frisónibus ad idololatriam relapsis, Evangelium prædicare rursus aggreditur, cumque officio pastorali occuparetur, a barbaris et impiis hominibus iuxta Bornam fluvium cum Eobano coepiscopo multisque aliis cruente caede peremptus martyrii palma condecoratur. Corpus sancti Bonifatii Moguntiam translatum, et, ut ipse vivens petierat, in Fuldensi monasterio, quod extruxerat, reconditum fuit, ubi multis miraculis inclaruit. Pius autem nonus Pontifex Maximus, eius Officium et Missam ad universam Ecclesiam extendit.

R Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius. **V** Cibavit illum Dominus pane vitæ et intellectus: et aqua sapientiae salutaris potavit illum. - Et. - Glória Patri. - Et.

IN III NOCTURNO

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO VII

Capit. 5, 1-12

In illo tempore: Videns Iesus turbas, ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Et reliqua.

7. LESUNG

In jener Zeit, als Jesus die Scharen sah, stieg er auf einen Berg; und nachdem er sich gesetzt hatte, traten seine Jünger zu ihm; usw.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Auslegung des heiligen Bischofs Augustinus.

Liber 1 de Sermone Domini in monte, cap. 2

Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt. Quam ergo stulti sunt, qui Deum istis exterioribus oculis quaerunt, cum corde videatur, sicut alibi scriptum est: Et in simplicitate cordis quaerite illum. Hoc est enim mundum cor, quod est simplex cor. Et quemadmodum lumen hoc videri non potest, nisi oculis mundis: ita nec Deus videtur, nisi mundum sit illud, quo videri potest. Beati pacifici; quoniam ipsi filii Dei vocabuntur. In pace perfectio est, ubi nihil repugnat; et ideo filii Dei pacifici, quoniam nihil in his resistit Deo, et utique filii similitudinem patris habere debent.

Selig, die reinen Herzens sind, denn sie werden Gott anschauen. Wie töricht sind also diejenigen, die Gott mit den Augen des Leibes schauen möchten, wo er doch nur mit dem Auge des Geistes zu sehen ist. An einer anderen Stelle steht ja auch geschrieben: Suchet ihn in der Einfalt des Herzens. Ein einfältiges Herz ist soviel wie ein reines Herz. Und wie man das Licht nicht sehen kann, wenn man nicht klare, reine Augen hat, so kann man auch Gott nicht sehen, wenn das Herz nicht klar und rein ist, mit dem man ihn schauen kann. Selig die Friedfertigen, denn sie werden Kinder Gottes genannt werden. Im Frieden liegt die Vollkommenheit; da gibt es keinen Widerstreit. Darum werden die Friedfertigen Kinder Gottes genannt, weil bei ihnen nichts im Gegensatz zu Gott steht; denn Kinder müssen doch eine Ähnlichkeit mit dem Vater haben.

R. Corona aurea super caput eius, * Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, et opus fortitudinis. V Quoniam praevenerunt eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. - Expressa.

R. Eine goldene Krone ruht auf seinem Haupte; * darin das Zeichen der Heiligkeit, eine herrliche Zier, ein köstliches Werk. V Mit Segnung und Heil bist du ihm entgegengekommen, hast ihm das Haupt gekrönt mit der Krone aus kostbarem Stein. - Darin.

8. LESUNG

In Frieden mit sich sind diejenigen, welche alle Regungen des Herzens in Zucht halten und der Vernunft unterordnen, d. h. dem Verstande und dem Geiste, welche die Begierden des Fleisches zügeln; diese bilden das Reich Gottes. Darin ist alles wohl geordnet; das, was im Menschen das Wichtigste und Wertvollste ist, gibt auch den Ausschlag, und das andere, was wir mit den Tieren gemeinsam haben, kann sich nicht dagegen auflehnen. Zugleich ist das, was den Menschen auszeichnet, nämlich Verstand und Vernunft, dem Höheren unterworfen; dieses Höhere ist die ewige Wahrheit selbst, der eingeborene Sohn Gottes. Denn man kann nicht über den niederen Teil gebieten, wenn man sich nicht selbst dem Höheren unterordnet. Das ist der Friede, der auf Erden den Menschen gegeben wird, die eines guten Willens sind; das ist das Leben eines vollendeten, vollkommenen Weisen.

R: Das ist ein wahrer Martyrer; für Christi Namen hat er sein Blut vergossen. * Die Drohungen der Richter schreckten ihn nicht; er suchte auf Erden nicht Ehre und Würden, erwarb sich vielmehr das himmlische Reich. **V:** Der Herr führte den Gerechten auf geraden Wegen und ließ ihn schauen das Gottesreich. - Die Drohungen. - Ehre sei dem Vater. - Die Drohungen.

9. LESUNG

Aus diesem friedlichen und wohlgeordneten Reiche wurde der Fürst dieser Welt hinausgeworfen, der über die Verkehr-

LECTIO VIII

Pacifici autem in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus componentes, et subicéntes ratióni, id est menti et spirítui, carnalésque concupiscéntias habétes edómitas, fiunt regnum Dei. In quo ita sunt ordináta ómnia, ut id, quod est in hómine præcípuum et excéllens, hoc ímperet, céteris non reluctántibus, quæ sunt nobis bestiisque commúnia; atque idípsum quod excéllit in hómine, id est mens et ratió, subiciátur potióri, quod est ipsa véritas, unigénitus Fílius Dei. Neque enim imperáre inferioribus potest, nisi superiori se ipse subiciat. Et hæc est pax, quæ datur in terra homínibus bonæ voluntátis; hæc vita consummáti perfectíque sapiéntis.

R: Hic est vere Martyr, qui pro Christi nómine sánguinem suum fudit: * Qui minas iúdicum non tímuit, nec terrénæ dignitátis glóriam quæsívit, sed ad cæléstia regna pervénit. **V:** Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. - Qui. - Glória Patri. - Qui.

LECTIO IX

Dehuiúsmo diuino et ordinatíssimo missus est foras princeps huius sæculi, qui pervérsis inordina-

tisque dominátur. Hac pace intrínsecus constitúta atque firmáta, quascúmque persecutiónes ille, qui foras missus est, forinsecus concitáverit, auget glóriam, quæ secúndum Deum est; non áliquid in illo ædificio labefáctans, sed deficiéntibus máchinis suis innotéscere fáciens, quanta firmitas intus extrúcta sit. Ideo séquitur: Beáti, qui persecutiónem patiúntur propter iustítiam; quóniam ipsórum est regnum cælórum.

Te Deum.

AD LAUDES

¶ Iustus ut palma florébit.
R: Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

AD BENED. ANTIPHONA

Qui odit * animam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam.

ORATIO

Deus, qui multitudínem populórum, beáti Bonifátii Mártiris tui atque Pontíficis zelo, ad agnitiónem tui nóminis vocáre dignátus es: concéde propítius; ut, cuius sollémnia cólimus, étiam patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

AD VESPERAS

¶ Iustus ut palma florébit.
R: Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

AD MAGNIF. ANTIPHONA

Qui vult veníre post me, * ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me.

Completorium de dominica.

ten und Ordnungslosen herrscht. Ist dieser Friede im Innern hergestellt und befestigt, dann muß jener, der hinausgeworfen wurde, mit allen Ränken, die er von außen her anzettelt, nur Gottes Ehre befördern; denn er kann an diesem Gebäude nichts zum Wanken bringen, sondern er macht durch das Versagen seines Ränkespiels nur offenbar, wie festgefügt der Bau ist. Deshalb heißt es weiter: Selig, die Verfolgung leiden um der Gerechtigkeit willen; denn ihrer ist das Himmelreich.

Tedeum.

LAUDES

¶ Es blühen die Gerechten der Palme gleich. R: Wie die Zeder des Libanon wachsen sie auf.

ANT. ZUM BENEDICTUS

Wer sein Leben haßt in dieser Welt, * bewahrt es für das ewige Leben.

TAGESGEBET

O Gott, durch den Eifer deines Blutzegen, des heiligen Bischofs Bonifatius, hast du zahlreiche Völkerstämme zum Glauben an dich berufen; gib uns, die wir heute sein Fest begehen, daß wir auch erfahren die Macht seiner Obhut: Durch unsern Herrn.

VESPER

¶ Es blühen die Gerechten der Palme gleich. R: Wie die Zeder des Libanon wachsen sie auf.

ANT. ZUM MAGNIFICAT

Wer mir folgen will, * verleugne sich selbst; ernehme sein Kreuz auf sich und folge mir.

Komplet vom Sonntag.

Die 16 iunii

S. BENNONIS

Episcopi et Confessoris
III classis

MATUTIN

3. LESUNG

Benno stammt aus Hildesheim in Niedersachsen. Siebzehn Jahre lebte er in vorbildlicher Frömmigkeit als Kanoniker zu Goslar, dann übernahm er das Bischofsamt der Diözese Meißen. Wegen des hartnäckigen Streites zwischen dem Papst Gregor VII. und Kaiser Heinrich IV. war er gezwungen, ins Exil zu gehen. Er hielt es für besser, sich die Ungnade eines Menschen zuzuziehen, als ein göttliches Gebot zu übertreten. Unter Überwindung vieler Nachstellungen unterwegs gelangte er nach Rom. Dort stellte er sich ganz dem Papst zur Verfügung. Mit aller Schärfe kämpfte er für die Autorität des Papstes und für die Freiheit der Kirche. Erst als der Kaiser von den Fürsten verlassen wurde, konnte er in Freiheit zu seiner Bischofskirche zurückkehren. Nun machte er alle Anstrengungen, um sein Bistum wieder aufzubauen und die sittlichen Zustände zu bessern. Mit ganzer Hingabe bemühte er sich, durch die Verkündigung des Evangeliums, unterstützt durch göttliche Machterweise, die Slaven von ihrem Rückfall in den Götzendienst zu reinigen. Nachdem er den kirchlichen Frieden voraus-

AD MATUTINUM

LECTIO III

Benno, ex Hildésima Saxóniæ civitate oriündus, cum annos decem et septem in canónica congregatióne Goslariénsi sanctíssime vixisset, episcopátum in ecclésia Misnénsi suscepit. Exórto diro schismate inter Románum Pontificem Gregórium séptimum et imperatórem Henrícum quartum exsuláre compéllitur. Eligens pótius indignatiónem hóminis incúrrere quam divínium mandátum contémnere, superátis insídiis sibi in itinere parátis, Romam pergens Pontífici adhésit et pro illíus auctoritaté necnon étiam pro ecclesiástica libertáte acérrime pugnávit. Qui tandem imperátore a princípibus desérto liber ad ecclésiám suam revérsus, cum eidem ecclésiæ instaurándæ moribúsqe reformándis strénuam óperam impéndit, tum Slavis ab errore idololatriæ repurgándis prædicatióne et miráculis totus incúmbit. Prænuntiáta tandem quæ futúra erat Ecclésiæ pace centenárius fere in Dómino obdormívit anno circiter millésimo centésimo sexto.

Te Deum.

gesagt hatte, entschlief er im Herrn im Alter von fast 100 Jahren, ungefähr 1106.
Tedeum.

AD LAUDES

LAUDES

¶ Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

¶ Der Herr führte den Gerechten auf geraden Wegen. R. Und ließ ihn schauen das Gottesreich.

AD BENED. ANTIPHONA

Euge, serve bone * et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus.

ANT. ZUM BENEDICTUS

Wohlan, du guter und getreuer Knecht! * Weil du bei wenigem getreu gewesen, will ich dich über vieles setzen. So spricht der Herr.

ORATIO

Deus, qui nos beati Bennonis Pontificis confessione gloriosa circumdas et protegis: da nobis et eius imitatione proficere, et intercessionem gaudere. Per Dominum nostrum.

TAGESGEBET

Gott, du schenkst uns Geborgenheit und Schutz durch das herrliche Zeugnis deines heiligen Bischofs Benno; gib uns in seiner Nachfolge Wachstum im Guten und Freude durch seinen Beistand: Durch unsern Herrn.

AD VESPERAS

VESPER

¶ Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

¶ Der Herr führte den Gerechten auf geraden Wegen. R. Und ließ ihn schauen das Gottesreich.

AD MAGNIF. ANTIPHONA

Amavit eum Dominus, * et ornavit eum: stolam gloriae induit eum, et ad portas paradisi coronavit eum.

ANT. ZUM MAGNIFICAT

Der Herr hat ihn geliebt * und ausgezeichnet, ein Ehrenkleid ihm angetan; an den Pforten des Paradieses hat er ihn gekrönt.

Die 4 iulii

S. UDALRICI

Episcopi et Confessoris
III classis

MATUTIN

3. LESUNG

Ulrich, Sohn des alemannischen Edelings Hupald und dessen Gemahlin Dietpirche, wurde schon als Knabe ins Kloster St. Gallen gegeben; dort folgte er dem Ruf Gottes zum Priestertum. Mit 30 Jahren berief man ihn zum Bischof der Diözese Augsburg, der er 50 Jahre lang während wirrer Zeiten tatkräftig und unverdrossen vorstand. Die heiligen Sakramente spendete er mit größter Ehrerbietung, mit aller Feierlichkeit vollzog er den Gottesdienst; auch hielt er eine Reihe von Synoden ab. Vom Eifer für das Haus des Herrn entflammt, ließ er die Domkirche von Augsburg und andere zerfallene Kirchen ausbessern oder ganz neu bauen und schenkte den Klöstern jede Hilfe. Selbst ein Mann des Friedens, führte er zwischen König Otto und seinem Sohn Liutolf wieder den Frieden herbei. Kraftvoll verteidigte er die Stadt Augsburg gegen die Ungarn und hat hervorragenden Anteil an dem berühmten Sieg auf dem Lechfeld (955); er erhielt damals dem Vaterland den Glauben. Am 4. Juli 973 starb er. Papst Johannes XV. erhob ihn nach Abschluß eines erstmals durchgeführten Heiligsprechungsprozesses zur Ehre der Altäre.

Tedeum.

AD MATUTINUM

LECTIO III

Udalricus, Alamannus, Hupaldi et Dietpirchæ filius, puer ad monasterium sancti Galli missus, Deum ad sacerdotium vocantem secutus est. Triginta tres annos natus episcopus præficitur ecclesiæ Augustanæ, quam per decem lustra forti manu infractoque animo perturbatissimis temporibus rexit. Divina mysteria summa devotione perégit, opus liturgicum máxima sollemnitate persolvit, multasque celebravit synodos. Zelo domus Dei ardens ecclesiam cathedralem Augustanam aliasque dirutas ecclesias restituit novasque extruxit et monasteria omni fovit opera. Vir Dei pacificus pacem inter Ottónem regem et Liutólfum filium composuit. Contra Húngaros civitatem Augustanam fortiter defendens, illústris illius victoriæ in campo Licénsi reportatæ partem præcipuam habuit, cum patria salvans fidem. Die quarto mensis iulii anno nonagesimo septuagesimo tertio pie defunctum Ioánnes decimus quintus primum canónico processu Sanctorum fastis adiunxit.

Te Deum.

AD LAUDES

¶ Iustum dedúxit Dóminus per
vias rectas. R̄ Et osténdit illi
regnum Dei.

AD BENED. ANTIPHONA

Euge, serve bone * et fidélis,
quia in pauca fuísti fidélis,
supra multa te constítuam,
dicit Dóminus.

ORATIO

Deus, qui cónspicis, quia ex
nulla nostra virtúte sub-
sístimus: concéde propítius;
ut, intercessióne beáti Udalrici
Confessóris tui atque Pontíficis,
contra ómnia advérsa mun-
niámur. Per Dóminum no-
strum.

AD VESPERAS

¶ Iustum dedúxit Dóminus per
vias rectas. R̄ Et osténdit illi
regnum Dei.

AD MAGNIF. ANTIPHONA

Amávit eum Dóminus, * et
ornávit eum: stolam glóriæ
índuit eum, et ad portas paradí-
si coronávit eum.

LAUDES

¶ Der Herr führte den Gerechten
auf geraden Wegen. R̄ Und ließ ihn
schauen das Gottesreich.

ANT. ZUM BENEDICTUS

Wohlan, du guter und getreuer
Knecht! * Weil du bei wenigem
getreu gewesen, will ich dich über
vieles setzen. So spricht der Herr.

TAGESGEBET

Du siehst, o Gott, daß wir auf
unsere eigene Kraft nicht ver-
trauen; wir bitten dich; auf die
Fürsprache deines Bekenners, des
heiligen Bischofs Ulrich, laß uns
vor jeglichem Unheil geborgen
sein: Durch unsern Herrn.

VESPER

¶ Der Herr führte den Gerechten
auf geraden Wegen. R̄ Und ließ ihn
schauen das Gottesreich.

ANT. ZUM MAGNIFICAT

Der Herr hat ihn geliebt * und aus-
gezeichnet, ein Ehrenkleid ihm
angetan; an den Pforten des Para-
dieses hat er ihn gekrönt.

Die 7 iulii

S. WILLIBALDI

Episcopi et Confessoris
Commemoratio

LAUDES

ANT. Wohlan, du guter und getreuer Knecht! Weil du bei wenigem getreu gewesen, will ich dich über vieles setzen. So spricht der Herr.

¶ Der Herr führte den Gerechten auf geraden Wegen. **R.** Und ließ ihn schauen das Gottesreich.

TAGESGEBET

Gott, du bist die Ehre deiner Priester; wir bitten dich: laß uns die Hilfe deines Bekenners, des heiligen Bischofs Willibald, erfahren, da wir seinen Festtag begehen: Durch unsern Herrn.

AD LAUDES

ANT. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, dicit Dóminus.

¶ Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

ORATIO

Deus, tuórum glória sacerdotum: præsta, quæsumus; ut, qui beáti Willibáldi Confessoris tui atque Pontíficis natalícia cólimus, eius sentiámus auxília. Per Dóminum nostrum.

Die 8 iulii

SS. KILIANI

Episcopi Patroni minus principalis Archdiocesis,
ET SOCIORUM Martyrum
III classis

MATUTIN

3. LESUNG

Kilian, ein gebürtiger Ire, empfing als Mönch die Priester- und Bischofsweihe und verließ mit einigen Gefährten das heimatliche

AD MATUTINUM

LECTIO III

Kiliánus natióne Hibérnus in monastério ad sacerdotiú et episcopátus órđinem ascéndit et álacri fidei stúdio ad maióra

ópera moliénda pro Dei nómine cum quibúsdam sóciis ascetérium párium relíquit. Prímítus Gálliam áttigit, póstea in austrálium Francórum fines ac Herbípolim venit, ut ibi divíni verbi sémina spárgeret. Ut fertur, Gosvéro duci, qui quantúmvis in fide instrúctus contra Ecclésiæ leges germáni sui uxórem matrimónio sibi copulátam habébat, blando collóquio persuásit, ut illam a toro separátam dimíttere cogitáret. Quæ cum ad mulieris aures venissent, furóre succénsa Kiliáno insídias parávit necnon virum Dei necáre desiderávit. Obláta sibi occasióne, ut virum apostólicum clam noctúque trucidáret, Kiliánnum una cum Colonáto presbýtero et Totnáno diácono intérfici corporáque eádem nocte sepeíliri fecit anno probabílius sexcentésimo undenonagésimo. Sanctus Burchárdus, diócesis Herbípolénsis primus epíscopus, mártýrum exúvias anno septíngentésimo quinquagésimo secúndo hodiérno die elevávit ac pie religioséque cóndidit.

Te Deum.

AD LAUDES

℣ Exsultábunt Sancti in glória.
℞ Lætábúntur in cubílibus suis.

AD BENED. ANTIPHONA

Vestri capílli * cápitis omnes numeráti sunt: nolíte timére: multis passéribus melióres estis vos.

Kloster, um in lebendigem Glaubenseifer für die Ehre des Namens Gottes Besonderes zu leisten. Zunächst gelangte er nach Gallien und kam dann in das Gebiet von Ostfranken und nach Würzburg, um hier den Samen des Gotteswortes auszustreuen. Nach der Legende konnte Kilian den Herzog Gosbert, der, obwohl im Glauben bereits unterrichtet, seine Schwägerin zur Frau hatte, dahin bringen, sich zur Trennung seiner Ehe zu entschließen. Als dies der Frau zu Ohren gekommen war, stellte sie ergrimmt Kilian nach und wollte den Gottesmann beseitigen. Bei einer günstigen Gelegenheit, den Glaubensboten des Nachts heimlich zu töten, ließ sie Kilian, den Priester Kolonat und den Diakon Totnan ermorden und ihre Leichen noch in der gleichen Nacht vergraben, wahrscheinlich im Jahre 689. Der heilige Burkard, der erste Bischof von Würzburg, erhob 752 die Gebeine der Märtyrer und setzte sie mit allen Ehren bei.

Tedeum.

LAUDES

℣ Frohlocken werden die Frommen in der Herrlichkeit. ℞ Jauchzen an ihrer Ruhestätte.

ANT. ZUM BENEDICTUS

Die Haare eures Hauptes * sind alle gezählt; fürchtet euch nicht! Ihr seid mehr wert als viele Sperlinge.

TAGESGEBET

Allmächtiger Gott, wir bitten dich: durch die Verdienste und Fürbitte deiner heiligen Blutzeugen Kilian, Kolonat und Totnan gewähre uns deinen Schutz, da wir ihr Gedächtnis festlich begehren: Durch unsern Herrn.

Es folgt das Gedächtnis der heiligen Elisabeth, Königin und Witwe:

ANT. Du bist der Ruhm Jerusalems, du die Freude Israels, du die Ehre deines Volkes.

¶ Durch die Verdienste und die Fürbitte der seligen Elisabeth.

℞ Sei deinem Volke gnädig, Herr!

TAGESGEBET

Mildreicher Gott, du hast der heiligen Königin Elisabeth erlesene Gabengewährt, vor allem hast du sie mit der Gnade geziert, Einhalt zu tun den Schrecken des Krieges; auf ihre Fürsprache gib uns in diesem sterblichen Leben den ersehnten Frieden und dereinst die ewige Seligkeit: Durch unsern Herrn.

VESPER

¶ Frohlocken werden die Frommen in der Herrlichkeit. ℞ Jauchzen an ihrer Ruhestätte.

ANT. ZUM MAGNIFICAT

Im Himmel frohlocken * der Heiligen Seelen, die Christi Spuren gefolgt. In seiner Liebe vergossen sie ihr Blut; nun dürfen sie mit Christus ohne Ende sich freuen.

ORATIO

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut beatórum Mártyrum tuórum Kiliáni, Colónáti atque Totnáni sollémnia recenséntes, méritis ipsórum protegámur et précibus. Per Dóminum nostrum.

Et fit commemoratio S. Elisabeth Reginæ, Viduæ:

ANT. Tu glória Ierúsalem, tu lætítia Israel, tu honorificéntia pópuli tui.

¶ Méritis et précibus beátæ Elisabeth. ℞ Propítius esto, Dómine, pópulo tuo.

ORATIO

Clementíssime Deus, qui beátam Elisabeth reginam, inter céteras egrégias dotes, bélicci furóris sedáni prerogátiva decorásti: da nobis, eius intercessióne; post mortális vitæ, quam supplíciter pétimus, pacem, ad æténa gáudia pervenire. Per Dóminum nostrum.

AD VESPERAS

¶ Exsultábunt Sancti in glória. ℞ Lætábuntur in cubílibus suis.

AD MAGNIF. ANTIPHONA

Gaudent in cælis * ánimæ Sanctórum, qui Christi vestígia sunt secúti: et quia pro eius amóre sánguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exsultant sine fine.

Die 13 iulii

S. HENRICI

Imperatoris, Confessoris, Patroni principalis Archdiocesis
I classis

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis præter ea quæ hic habentur propria.

Alles vom Feste eines Bekenners, der nicht Bischof war, mit Ausnahme des Folgenden.

AD I VESPERAS

1. VESPER

¶ Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R̄ Stulam glóriæ induit eum.

¶ Der Herr hat ihn geliebt und ausgezeichnet. R̄ Ein Ehrenkleid ihm angetan.

AD MAGNIF. ANTIPHONA

Similábo eum * viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

ANT. ZUM MAGNIFICAT

Ich will ihn vergleichen * mit dem weisen Mann, der sein Haus auf Felsen baute.

ORATIO

Deus, qui hodiérna die beátum Henricum Confessórem tuum e terréni cúlmine impérii ad regnum ætérnum transtulisti: te súplices exorámus; ut, sicut illum grátia tuæ ubertáte prævéntum, illecebras sæculi superáre fecisti, ita nos fácias eius imitatióne mundi huius blandiménta vitáre, et ad te puris méntibus pervenire. Per Dóminum nostrum.

TAGESGEBET

OGott, am heutigen Tag hast du den heiligen Bekenner Heinrich vom irdischen Kaiserthron hinaufgeleitet ins Himmereich; mit der Fülle deiner Gnade kamst du ihm entgegen und hast ihn siegen lassen über die Lokungen dieser Welt; wir flehen in Demut zu dir, in seiner Nachfolge laß uns dem Blendwerk der Welt entgehn und mit reinem Herzen zu dir gelangen: Durch unsern Herrn.

Completorium de dominica.

Komplet vom Sonntag.

AD MATUTINUM

MATUTIN

In I Nocturno lectiones Beátus vir, de Communi 1 loco.

In der 1. Nachtstunde die Lesungen Selig der Mann.

2. NACHTSTUNDE

IN II NOCTURNO

4. LESUNG

Henrich, der Fromme genannt, war zuerst Herzog von Bayern; dann wurde er König von Deutschland und später römischer Kaiser. Er gab sich jedoch mit einem begrenzten irdischen Reich nicht zufrieden, sondern strebte nach der Krone der Unsterblichkeit, und darum diente er mit großem Eifer dem ewigen König. Nachdem er die Kaiserkrone erlangt hatte, suchte er mit aller Kraft die Kirche zu fördern, er stellte die von den Ungläubigen zerstörten Gotteshäuser in noch größerer Pracht wieder her und stattete sie durch viele Schenkungen und mit Gütern aus. Klöster und andere Stätten der Frömmigkeit baute er entweder ganz neu oder wies ihnen reichere Einkünfte zu. Das Bistum Bamberg, das er mit seinem Familienbesitz gegründet hatte, machte er dem heiligen Petrus und dem römischen Papste tributpflichtig. Er nahm auch Benedikt VIII., von dem er die Kaiserkrone erhalten hatte, auf seiner Flucht gastfreundlich auf und führte ihn wieder nach Rom zurück.

R Der Herr brachte ihn zu Ehren, schützte ihn vor seinen Feinden und stellte ihn sicher vor seinen Verfolgern; * und verlieh ihm ewige Herrlichkeit. **V** Der Herr führte den Gerechten auf geraden Wegen und ließ ihn schauen das Gottesreich. - Und verlieh.

LECTIO IV

Henricus, cognomento Pius Le duce Bavariæ rex Germaniæ ac postmodum Romanorum imperator, temporalis regni non contentus angustiis, pro adipiscenda immortalitatis coronâ sedulam æterno Regi exhibuit servitutem. Adæpto enim imperio, religioni amplificandæ studiose incumbens, ecclesiâs ab infidelibus destructas magnificentius reparavit, plurimisque largitionibus et prædiis locupletavit. Monasteria aliâque loca pia vel ipse ædificavit, vel assignatis redditibus auxit. Episcopatum Bambergensem, hereditariis opibus fundatum, beato Petro Romanoque Pontifici vectigalem fecit. Benedictum octavum, a quo imperii coronam accèperat, profugum excepit suæque Sedi restituit.

R Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. **V** Iustum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. - Et dedit.

LECTIO V

In Cassinénsi monastério gravi deténtus infirmitate, a sancto Benedicto, insigni miraculo, sanátus est. Románam Ecclesiám amplíssimo diplomate munerátus, eidem tuéndæ bellum advérsus Græcos suscepit et Apúliam, diu ab illis posséssam, recuperávit. Nihil sine précibus ággrédi solitus, Angelum Dómini sanctósque Mártýres tuteláres prose pugnántes ante áciem intérdum vidit. Divína autem protéctus ope, bárbaras nátiónes précibus magis quam armis expugnávit. Pannóniam adhuc infidélem, trádita Stéphano regi soróre sua in uxórem, eóque baptizáto, ad Christi fidem perdúxit. Virginitátem raro exémplo matrimónio iunxit, sanctámque Cunigúndam, cóniugem suam, propínquis eius, morti próximus, illibátam restituit.

R₂ Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, * Et ad portas paradísi cornávit eum. V Induit eum Dóminus lóricam fidei, et ornávit eum. - Et ad.

LECTIO VI

Dénique rebus ómnibus, quæ ad impérii honórem et utilitátem pertinébant, summa prudéntia dispósitis, et illústribus per Gálliam, Itáli-

5. LESUNG

Als er im Kloster Monte Cassino von einer schweren Krankheit ergriffen wurde, erhielt er vom heiligen Benedikt durch ein glänzendes Wunder die Gesundheit wieder. Der Kirche von Rom stellte er eine sehr reiche Schenkungsurkunde aus; zu ihrem Schutz unternahm er auch einen Krieg gegen die Griechen und gewann Apulien, das sie lange besessen hatten, zurück. Er begann nichts ohne Gebet; manchmal sah er, wie ein Engel des Herrn und heilige Martyrer als seine Beschützer vor seinem Heere für ihn stritten. Von Gottes Schutz begleitet, unterwarf er die wilden Völkerschaften mehr durch sein Gebet als durch Waffengewalt. Ungarn, das noch ungläubig war, führte er zum christlichen Glauben, indem er dem König Stephan seine Schwester zur Ehe gab; dieser ließ sich später taufen. In der Ehe bewahrte er in seltener Weise die Jungfräulichkeit und konnte seine Gemahlin, die heilige Kunigunde, vor seinem Tode ihren Verwandten unversehrt zurückgeben.

R₂ Der Herr hat ihn geliebt und ausgezeichnet, ein Ehrenkleid ihm angetan. * An den Pforten des Paradieses hat er ihn gekrönt. V Der Herr hat ihn gerüstet mit dem Panzer des Glaubens und ihn ausgezeichnet. - An den.

6. LESUNG

Nachdem er alles, was das Ansehen und das Wohl des Reiches erforderte, mit höchster Klugheit durchgeführt hatte, als er überall, in Frankreich, Italien

und Deutschland, sichtbare Zeugen seiner frommen Freigebigkeit hinterlassen konnte, nachdem er weit und breit den Wohlgeruch seiner heldenhaften Tugend verbreitet hatte, wurde er schließlich nach Beendigung seiner Lebensaufgabe, mehr wegen seiner Heiligkeit als wegen seiner Würde als Kaiser angesehen, im Jahre des Heils 1024 vom Herrn heimgerufen, um als Lohn die Himmelskrone zu empfangen. Sein Leib wurde in der Kirche der heiligen Apostel Petrus und Paulus zu Bamberg beigesetzt. Als bald geschah an seinem Grabe, da Gott ihn verherrlichen wollte, viele Wunder. Nachdem diese ordnungsgemäß geprüft worden waren, nahm ihn Eugen III. in die Zahl der Heiligen auf.

R Dieser Mann tat alles, was der Herr ihm aufgetragen; und er sprach zu ihm: Geh ein in meine Ruhe! * Denn ich habe dich gerecht befunden vor mir unter allen Völkern. **V** Er hat das Leben in der Welt geringgeachtet und ist zum Himmelreich gelangt. - Denn ich. - Ehre sei dem Vater. - Denn ich.

am et Germániam religiósae munificentiae vestigiis passim relictis; postquam heróicæ virtútis suavíssimum odórem longe latéque diffúderat, sanctitate quàm sceptro clárior, ad regni cælestis præmia, consummatis vitæ labóribus, a Dómino vocátus est anno salutis millésimo vigésimo quarto. Cuius corpus in ecclésia beatorum Apostolorum Petri et Pauli Bambergæ cónditum fuit; statimque ad eius túmulum multa miracula, Deo ipsum glorificánte, patrata sunt. Quibus póstea rite probátis, Eugénius tertius Sanctorum número illum adscrípsit.

R Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi iustum coram me ex ómnibus géntibus. **V** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. - Quia te. - Glória Patri. - Quia te.

3. NACHTSTUNDE

Lesung aus dem heiligen Evangelium nach Lukas.

7. LESUNG

In jener Zeit sagte Jesus seinen Jüngern folgendes Gleichnis: Ein vornehmer Mann zog in ein fernes Land, um sich ein Reich zu erwerben und dann zurückzukehren; usw.

IN III NOCTURNO

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO VII Capit. 19, 12-26

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum et reverti. Et reliqua.

Homilía sancti Ambrósii Epíscopi.

Auslegung des heiligen Bischofs Ambrosius.

Lib. 8 in Lucam

Bonus ordo, ut vocatúrus Gentes, et Iudæos iussúrus interfici, qui noluerunt regnare supra se Christum, hanc præmíttetet comparatiónem, ne dicerétur: Nihil déderat pópulo Iudæórum, unde póterat mélior fieri? Ut quid ab eo, qui nihil recépit, exígitur? Non medicéris ista est mna, quam supra múlier Evangélica quia non invénit, lucérnam accéndit, lúmíne quærit admóto, gratulátur invéntam.

℞ Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et de omni corde suo laudávit Dóminum: * Ipse intercédát pro peccátis ómnium populórum. √ Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, ábstinens se ab omni ópere malo, et pérmanens in innocéntia sua. - Ipse.

LECTIO VIII

Dénique ex una decem mnas álíus fecit, álíus quinque. Fortásse iste morália habet, quia quinque sunt córporis sensus: ille duplícia, id est, mýstica legis, et morália probitátis. Unde et Matthæus quinque talénta, et duo talénta pósuit: in quinque taléntis ut sint morália, in duóbus utrúmque, mýsticum atque morále. Ita

Es war eine kluge Anordnung, daß er dieses Gleichnis vorausschickte, bevor er die Heiden berief und die Juden dem Verderben überließ, die ihn nicht als König anerkennen wollten. So kann man nicht einwenden: Er hatte ja dem Judenvolke nichts geboten; wie konnte es also besser werden? Wie kann man von einem, der nichts erhalten hat, etwas fordern? Wahrlich, diese Mine ist nicht unbedeutend; von ihr heißt es ja vorher im Evangelium, daß die Frau ein Licht anzündet, weil sie diese nicht finden kann, und mit dem Licht in der Hand sucht und sich freut, wenn sie sie gefunden hat.

℞ Das ist der Mann, der große Tugenden vor Gott geübt und den Herrn aus seinem ganzen Herzen gelobt hat; * er möge für die Sünden aller Völker um Vergebung flehen. √ Seht, ein Mann ohne Tadel, ein wahrer Diener Gottes, der sich von allem Bösen rein bewahrte und in seiner Unschuld verharrte. - Er möge.

8. LESUNG

Der eine konnte mit einer Mine zehn gewinnen, der andere fünf. Vielleicht weist dieser letztere auf das sittliche Tun hin; denn fünf Sinne haben wir an unserem Leib. Der andere hat das Doppelte gewonnen, d. h. das tiefe Verständniß des Gesetzes und das rechte sittliche Handeln. Daher spricht auch Matthäus von fünf Talenten und von zwei

Talenten; mit den fünf Talenten soll auf das sittliche Tun hingewiesen werden, mit den zwei Talenten auf beides, auf die tiefe Erkenntnis und auf das rechte Handeln. So ist also das, was der Zahl nach geringer ist, an Inhalt reicher.

R Eure Lenden sollen umgürtet sein und brennende Lampen in euren Händen; * seid Menschen ähnlich, die auf ihren Herrn warten, wenn er von der Hochzeit kommt. **V** Wachtet also, denn ihr wißt nicht, zu welcher Stunde euer Herr kommen wird. - Seid Menschen. - Ehre sei dem Vater. - Seid Menschen.

R Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. **V** Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. - Et vos. - Glória Patri. - Et vos.

9. LESUNG

Hier können wir unter den zehn Minen die zehn Gebote verstehen, d. h. die Lehre des Gesetzes, unter den fünf Minen aber die Anleitung zu ihrer Befolgung. Doch ein Gesetzeskundiger soll in allem vollkommen sein; denn nicht in Worten, sondern in tugendhaftem Handeln ist Reich Gottes. Da er von den Juden spricht, ist es ganz richtig, daß nur zwei einen Gewinn von ihrem Gelde bringen, zwar nicht durch Zinsen in klingender Münze, sondern durch die Zinsen eines guten Lebenswandels. Denn der Gewinn aus der göttlichen Lehre ist etwas anderes als der von ausgeliehenem Gelde.

Tedeum.

LECTIO IX

Et hic possumus decem minas decem verba intelligere, id est, legis doctrinam; quinque autem minas, magisteria disciplinae. Sed legisperitum in omnibus volo esse perfectum. Non enim in sermone, sed in virtute est regnum Dei. Bene autem, quia de Iudæis dicit, duo soli multiplicatam pecuniam deferunt, non utique aeris, sed dispensationis usuris. Alia est enim pecuniae faenebris, alia doctrinae caelestis usura.

Te Deum.

LAUDES

V Der Herr führte den Gerechten auf geraden Wegen. **R** Und ließ ihn schauen das Gottesreich.

AD LAUDES

